& magna. Sed tu in sanctimonia. Ergo humiliter unde est magnificentior. Quis credit hoc? Quia maior est & potentior & ditior quam minor, infirmior & pauperior sunt. Neque maiora, potentiora & ditiora facit: quam minora, infirmiora & viliora facit. Ecce quam sancta sunt conferendum. Levare seipsum: humillima facere obsequia inferioribus sunt magnificentia. Contrarie ea quae magna sunt in mundo: divitiae, res, honores, voluptates, gulas &c. Magnificentia est in terra. Sed sancta magnificentia. Hebr. sic: fortitudo & exultatio in sanctuario eius. Hic alius ordo sensus. Sed primum ut iacet exponens. fortitudo est in adversis, exultatio in prosperis. Igitur in terra coram mundo est fortitudo, quia nec prosperis extollitur, nec adversis frangitur. & ita quod optime custoditur sanctimonia ne ex illa parte polluatur. Ecce non multum distant sanctimonia & magnificentia, nisi quod scilicet sanctimonia proprie dicitur contra concupiscentias. Sed exultatio quomodo cum magnificentia consonat? Hic alius sensus & intellectus magnificentiae apparet.

Sed ut illud ps. 33 Magnificate dominum mecum: Sic enim Magnificat anima mea dominum & exultavit spiritus meus in deo salutari meo. Ergo exultatio & magnificentia iam convenerunt in deum. Unde sic sit distinguo ut terra sit fortis & sancta ad mundum. Sed exultans ad deum & magnificans. Sicut ab inquinatione & macula huius saeculi & sic sancta & pura magnificat & exultat deo. Nec enim potest placere exultatio eius nisi primum sit fortis & sancta. Sed in anima oppositum fit: ibi enim primo est confessio ac sic demum pulchritudo. Quia in corpore redimitur sanctitas ex anima in qua per confessionem orta est. Sed in corpore oritur confessio & magnificentia ex sanctitate. Ratio omnium est haec Regula. Quod Non iusti non sumus ex operibus, sed opera iusta ex nobis primo iustis. Ideo cum opera fiunt in corpore: iam iusta sunt. Iustos esse oportet. Sed iustitia in anima non fit nisi ex confessione iniustitiae.

Ecce opposito modo sese habent. Confessio & pulchritudo in corpore & anima. Et ita recte psalmus alteram partem convertit priorem. Ut Confessio & pulchritudo in conspectu eius, Sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius. ac si diceret Confessio & pulch. in conspectu eius, pulchritudo & confessio in sanctif. eius. Aut sic Magnific. & sanct. in conspect. eius, Sanct. & mag. in sanct. eius.

Sed tamen Scrip. sic abyssus non est elaboratus iste psalmus. Unde & hoc docemur quod sic omnia nostra a confessione incipiunt, ita in confessione terminantur. Tunc in magnificentiam (i. magnifica confessione) ut si perfecisti te omnias: non ideo confiteris omnibus. Sed tanto maiorem facias quanto in maiorem profeceris, scilicet pulchritudinem animae & sanctimoniam corporis. Ut sic primum & ultimum sit confessio: ac si dicat tibi sis vilis & foedus. & eo magis quo maior & pulchrior vel sanctior.

At hoc cum recte habet & pulchritudo sine animae & fortitudo sine corporis ... Corpore sine corporis nulla apparet pulchritudo in terra, quia est abiecta & contempta (quo ad ea prosperitatibus & voluptatibus.) Sed fortis & munda usque ad mortem